



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Familiaritatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

dine iuris, & in l. i. C. quando lic. sine iudic. vindic. & notat Io. Andr. in c. pastoralis super glos. in verb. præterquam de officio ordinar. Butr. in c. olim de restit. spoliator. Ancharan. in cons. 277. num. 17.

RESOLVT. CLXXXVI.

- 1 Refertur casus questionis.
- 2 Excommunicatio ligat debitorem, si ante finitum tempus designatum à iudice à parte prorogatur, sed quomodo procedat, vide num. 3.
- 4 Excommunicatio lata ad partis petitionem, licet tolli possit antequam incurrat de partis consensu, non tamen potest suspendi, ita vt semel sublata iterum incurratur, quia hoc ad iurisdictionem pertinet.
- 5 Intentio iudicis habet relationem ad primum terminum.

An liget excommunicatio si ante finitum terminum datum à iudice à parte prorogatur.

- 1 Facti species talis est iudex præfixit terminum debitori ad soluendum creditori, sub pœna excommunicationis, creditor prorogauit intra præfixum terminum diem solutionis, debitor in hoc casu num sit excommunicatus lapsio illo die primi termini pendente prorogatione? in qua quæst. i. intuitu videbatur dicendum debitorem incidisse in excommunicationem ex doctrina Bart. in l. i. S. & post operis n. 6. & Paul. de Castr. n. 4. ff. de nou. oper. nunc. & in c. præterea, il. 2. n. 4. ibi Dec. n. 7. de appell. qui appellat hanc opinionem veriorum, & magis communem, & idem affirmant Ceball. in q. 495. Didacus Perez lib. 8. ti. 5. l. 1. pag. 176. vers. præterea, Card. in Clem. 1. nos itaque n. 18. de iureiur. Rebuff. in concord. in rub. de protog. dilat. pag. 783. in princ. Ludou. Lopez. 2. p. instr. confic. tit. de excommunicat. c. 13. pag. 882. vers. tertio decimo. Angel. in sum. in verb. excommunicatio, il. 1. n. 20. Tabien. in verb. excomm. il. 2. n. 12. Neuiz. in Sylua nupt. l. 3. n. 55. in fine. Felyn. in cap. de causis num. 2. de officio delegat. & ibi Dec. num. 44. Pedraza in explicat. præcept. decalogi §. 15. vers. pero veamos. Alphon. Vega in prima parte sum. cap. 85. cas. 111. in princip. Spin. in specul. testam. in glos. rubr. in 11. par. num. 43.
- 3 Contrariam tamen sententiam quod inquam, præfatus debitor non incidat in excommunicationem si labatur dies, qui sibi fuit per partem prorogatus, nisi in ipsa prorogatione adfit iudicis consensus, sequuntur Nauar. in Man. lat. in cap. 27. nu. 15. Pedraza in sum. in 7. Præcep. decalogi, §. 15. versic. Mas si la dilation. Vega in prima parte capitulo 85. casu 111. Ludouic. Beia de cas. conscient. 47. in princip. Ang. in sum. verb. excommunicatio il primo, num. 20. vers. sed pone. Henriquez, lib. 13. capitulo 20. numero primo, versic. si iudex. Rodrig. in sum. 1. parte, capitulo 84. num. 4. ad fin. versic. Gutierrez. de iurament. confirm. 1. parte, capitulo 49. numero 11. in fine, & in allegat. g. numero 4. Graffius lib. 4. capitulo 2. numero 41. qui rationem assignant, nam licet excommunicatio lata ad petitionem partis tolli possit antequam incurrat de consensu eiusdem, non tamen potest suspendi, atque differri, neque ita mutari, vt semel sublata iterum incurratur, quia id iurisdictionis est, quam pars non potest tribuere, l. priuatur. C. de iurisdiction. omn. iudic. quod ampliat Syluestr. verb. excommunicatio il secundo, numero 1. versic. decimustertius, etiam si appositum fuerit pactum ad partes, vt debitor reincadat in excommunicationem, si non soluat ad diem prorogatum, adhuc enim non incurrit ipsam si prorogatio non fiat autoritate iudicis, vnde quando creditor prorogat terminum non videtur illum prorogasse cum

pœna excommunicationis, quando quidem non est in sua facultate excommunicationem inducere, vt tradit Angel. addit. in dict. numero 20. in litera F. & ita respectu solutionis, & non excommunicationis censetur facta prorogatio Tabien. in verb. excommunicatio il 2. numero 14. quia excommunicatio iudicis, & eius intentio tantum habet relationem ad primum terminum ab eo præfixum, & ideo eo transacto cessabit Arg. text. in l. Imperator ff. de postul. cum similibus supra allegatis, vnde in termino prorogato per partem sine iudice non potest dari reincidentia excommunicationis, cum iam non adfit iudicis sententia, nec eius intentio, nec vt dictum est excommunicatio ex solo partium consensu possit induci, quo pacto sunt intelligenda, quæ in contrarium fuerunt adducta, vt non censetur facta prorogatio cum alijs qualitatibus, quam sibi permittis.

PRAXIS FAMILIARITATIS.

RESOLVT. CLXXXVII.

- 1 Ad hoc vt Clericus dicatur familiaris Pontificis, siue Cardinalis duo requiruntur, & vide num. 2. & quæ requiruntur in super vide per discursum num. 3. 4. 5. 6. & 7.
- 8 Traduntur declarationes ad regulam cancellariæ, num. 8. ad constitutionem Regni de illicita portione armorum, num. 9. ad ritum 66. magnæ curiæ Vicariæ, num. 10.
- 11 Privilegium concessum familiaribus Episcoporum intelligitur de inferuentibus ipsis.
- 12 Privilegium concessum inquisitoribus vt eius familiares possint deferre arma quomodo sit intelligendum.
- 13 Declaratur regula cancellariæ, & num. 14.

Familiares Pontificis, seu Cardinalium, qui dicatur.

- 1 Respondeo ex Menoch. de arbitr. iudicum libro 2. centur. 7. casu 55. i. quod ad hoc vt clericus, vel religiosus dici possit familiaris Pontificis, vel Cardinalis duo requiri sensu Gem. in cap. ult. in vlt. not. de verb. signif. in 6. vt dixit illam dici veram clericis familiaritatem, quæ corpore, & dentibus fit hoc est quod voluit dicere Gemin. quæ fit corpore seruiendo, & quæ fit dentibus recipiendo victum, & de duobus his requisitis idem scribunt Anchar. in cons. 398. n. 2. Gomef. in regula cancellariæ de impetrando beneficio vacanti per obitum familiaris Cardin. q. 13. col. 2. ætymo rectius dici posse Bonif. VIII. in d. c. ult. de verb. signif. requirere quatuor, tria expressè, & quartum tacite, Pontificis verba hæc sunt. Breui respondemus oraculo, quod illos in his, & similibus casibus tres volumus intelligi clericos, qui per te non quæriti, propterea non recepti sine fraude, & fictione qualibet verè tui clerici familiares existant, & in tuis expensis continuè domestici commensales, etiam si quos ex illis aliquando pro tui gerendis negotijs abesse contingat, hæc Bonifacius, qui vt dixi tria expressè requirit, & quartum tacite.
- 3 Primum est, quod clericus ipse sine fraude sit à Cardinali receptus, & ideo si Cardinalis ea sola de causa reciperet aliquem familiarem, vt ei conferret beneficia receptio dicitur facta in fraudem, vt scribit Petr. Andr. Gamba. in tractatu de autoritate legati de Lat. rubr. an legatus possit plura beneficia conferre num. 137.
- 4 Secundum est requisitum, quod sit commensalis, hoc est recipiat victum in ædibus suis Cardinalis, quod sanè requisitum locum habet multo magis in odio.

- odioſis, vt reſpondit Bellam. in conſil. 20. nu. 1. quem ſequutus eſt Gambar. in d. tract. de authorit. legat. de later. rubr. de poteſtate legati circa beneficia nu. 147. Porro victus expenſis Cardinalis intelligitur etiam ſi familiaris alio in loco habitans portionem ex domo ipſius Cardinalis recipiat, vt declarat Gomel. in dicta regul. cancellar. de impetrando beneficio vacanti per obitum familiaris Cardinalis quaſt. 13. verſ. alterius, accedit nunc Anton. Bardus in tract. de tempore vtilis & continuo c. 17. n. 2. verſ. ſicut dicimus etiam.
- 5 Præterea commenſalis etiam dicitur iſ, cui datus eſt locus in domo, vt aiunt in tinello, vt poſſit ibi cum alijs familiaribus comedere, & ſi ea liberalitate vti nolit receptus iſte ſicuti declarat Gambar. in d. rubr. de poteſtate legati à latere circa beneficia num. 84.
- 6 Tertium eſt requiſitum, quod ipſi Cardinali inferuiat, non n. ſufficit, quod commenſalis ſit hoc eſt viuat in adibus Cardinalis expenſis eiſdem Cardinalis, ſed etiam debet ei inferuire, vt dicatur propriè familiaris, ita tradit Gomel. in dict. q. 13. verſ. eſt bene verum & non accidit, Io. de Selua in tract. de benef. p. 3. quaſt. 11. num. 22. quo circa ſequitur Cardinalis familiarem dici non poſſe eum, qui ſolo priuilegio, & literis familiaritatis nullum præſtando ſeruitium cohoneſtatus eſt, ſicuti vna cum Gomel. in d. q. 13. in princ. & accedunt Abb. in cap. cum dilectus num. 8. de clericis non reſidentibus. Felyn. in cap. inſinuante num. 5. de officio deleg. Afflic. in commentar. ad conſtitutionem Neapolitan. rubr. 19. de illicita portatione armorum incipit intentionis noſtræ numero 35. Proſper Carait. in comment. ad ritus magnæ curiæ Neapolit. ritu 46. num. 22. Bero. quaſt. 35. Anton. Bard. in tract. de tempore vtili c. 14. num. 2. ſic etiam dicimus, familiarem propriè non dici eum, qui familiaris tantummodo nominatur ſi non ſeruit, vt reſpondit Caſtrenſ. in conſil. 341. præmiſſis allegationibus num. 3. lib. 1. hinc etiam ſequitur, quod ceſſante ſeruitij præſtatione ceſſat ipſius familiaritatis priuilegium ſicuti contingit quando Dominus eſt vita functus, vel familiaris ipſe à domo ſuit licentiatuſ ita Franc. in dict. cap. vlt. in fine de verborum ſignific. Carait. in dicto ritu 46. num. 35.
- 7 Quartum eſt requiſitum, quod continua ſit commenſalitas, & ſeruitij præſtatio ſicuti ſenſit Bonifaciuſ illo verbo continuè, & tradunt Hern. Afflic. & Niger, quos reſert Proſper. Caraita in commentar. ad ritus magnæ curiæ Neapolitanæ ritu 46. num. 19. in fine, & num. 22. dum ſcribunt inter familiares regios connumerari non poſſe eum, qui ob propria negotia abeſt à curia Regia etiam cum eiſdem Regis licentia, & eo in loco num. 38. ſubiungit Caraita, ſic intelligendum eſſe dictum cap. vlt. de verb. ſignif. & eiſdem ſententiæ reſert Lucam de Penna in rubr. C. de domeſticis lib. 12. & hiſ accedit Petrus Andri. Gambar. in tract. de poteſtate legati à latere rubr. de poteſtat. legat. circa beneficia num. 148. & 149. poſt Calderin. in conſil. 8. tit. de officio legat. & Felyn. in cap. de regularibus de ſimon. non enim hic adeſt continua ſeruitij præſtatio, & commenſalitas.
- 8 Inferitur primo ex prædictis declaratio ad regulam prædictam cancellariæ de impetr. benefic. vacant. per obitum familiaris Cardinalis, ſicuti Gomel. ipſe in dicta quaſtione ſcripſit.
- 9 Inferitur ſecundo etiam declaratio ad prædictam conſtit. Neapolitanam de illicita portatione armorum quemadmodum prædicto in loco declarauit Afflic.
- 10 Inferitur tertio declaratio ritus 66. magnæ curiæ Regni Neapolitani, in cuius vltimis verbis ita ſancitum eſt, exceptis duntaxat familiaribus noſtris, & commenſalibus domeſticis, & aſtu ſeruientibus, qui in eiſdem curijs non valeant citari, cogi, compelli, aut

quomodolibet euocari, hæc ſanè conſtitutio prohibens Regios familiares conueniri poſſe coram iudicibus ordinarijs, intelligitur quando familiares habet qualitates ſupra enumeratas ſicuti declarant Iſern. & Afflic. in comment. ad conſtit. Neapolit. rubr. 15. de deſenſis impoſitis, & quis eas imponere poſſit incipit iuriſgentium num. 19. & ſi Caraita in d. tit. 46. n. 26. minus rectè ſit interpretatus ritum illum, vt non copulatiuè requirantur dictæ qualitates, cum enim ritus ille interpretationem à iure communi recipiat iuxta l. 2. C. de noxa. actio. vbi Sali. ſequitur, dicendum illum copulatiuè intelligi debere, de quo eſt videndus nouiſſimè ſolertiſſimus D. Ioannes Maria. Nouarius in ſua eloquenti praxi variationis fori ſect. 2. quaſt. 36. vbi latè.

- 11 Inferitur quarto, quod fori priuilegium conceſſum familiaribus Episcoporum, ac aliorum clericorum, de quo in cap. 2. 11. quaſt. 11. cap. vlt. de officio Archid. & copioſè Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 47. & 57. & 58. lib. 10. vbi plura, intelligi debet conceſſum familiaribus illis, qui inferuiunt ipſis clericis, à quibus impenſam victus accipiunt, ſicuti tradunt Luc. de Penna in rubr. C. de domeſticis libro 12. & Caraita in dicto ritu 46. num. 36.
- 12 Inferitur quinto priuilegium conceſſum Inquiſitori hæreticæ prauitatis, vt eius familiares deſerre poſſint arma pro ſancti officij deſenſione, vt in Clement. 2. §. vlt. de hæret. & tradit poſt alios Simanc. in catholicis inſtitutionibus tit. 41. n. 15. intelligi debet de familiaribus, qui mercede accepta victus loco, vel victum ipſum habentes, inferuiunt ipſi Inquiſitori, non ignoro tamen aliquibus in prouincijs, & vrbibus nullum, vel ſalarium, vel victum præſtari conſueuiſſe hiſ familiaribus, ſed priuilegia quædam ſicuti conſtitutione Regia ſancitum eſt in Hiſpania, reſert Simanc. in dict. tit. 41. num. 16. qui num. 17. & 18. ſubiungit in multis illius Regni ciuitatibus conſtitutum eſſe, certum familiarium numerum, quem excedere Inquiſitor non poteſt, & numerum illum deſcribi oportere certa in matricula, vt Præſecti vrbibus Decuriones cognofcant ipſos familiares, vt videant, ne numerum excedant, & ſi fortè ſeditioſi fuerint officio indigni id ſignificet Inquiſit. generalis, & Senatuſ, quod fieri quocumque debet quoties quiſpiam in alicuius familiaris locum ſubrogatur, id quod ſi in hac Mediolanenſi ditione obſeruetur multis careremus moleſtijs, quibus per ſæpe afflicimus inſolentia quorundam, qui omne adhibent operam, vt ex hiſ inquiſitorum familiaribus non alia de cauſa efficiantur, quam vt pro ſua libidine diu, noctuque inceſſant armati, & multos vexent.
- Inferitur ſexto ad id, quod tradit Ioan. Staphil. in tr. de gratijs, & expecta. in 3. par. regulæ num. 56. & 57.
- 13 quod regula cancellariæ, qua ordinatum eſt duodecim familiares Cardinalis præferri intelligit de familiaribus, qui verè ſunt commenſales, & ſeruiunt ſicuti Staphil. ipſe declarat.
- 14 Inferitur ſeptimo ad id quod ſcribit Aneas de Falconibus in tract. de reſeruatione beneficiorum effect. 17. numero ſecundo, pagin. 175. tom. 15. parte 1. & ibid. effect. 30. num. 1. vbi de familiaribus familiarium, de quibus dixi alibi.

RESOLVT. CLXXXVIII.

- 1 Familiares dicuntur deputati ad honeſtum ſeruitium Dominici, qui dicuntur ſeruitores, ſeu paruuli.
- 2 Qui habent in domibus Cardinalium expenſas, quauis alia cauſa quam vt ſeruitores non dicuntur familiares ad effectum, vt beneficia eorum ſint reſeruata.
- 3 Quæ excludunt familiaritatem vide num. 4. & 5.

An fratres Nepotes, & Amici Cardinalium, qui sunt eorum commensales sint familiares ad effectum
vt eorum beneficia sint reservata iuxta
regulam Cancellariæ 3.

Responso fuit negatiua, nam licet verbum familiares variè accipitur, & domesticè dicantur familiares Abb. in d. c. dilectus n. 2. de cleric. nō resident. Felyn. in c. in litteris vbi glos. de testibus, at in proposito familiares dicuntur deputati ad honestum seruitium Domini, qui dicuntur seruitores, seu famuli c. fin. de verborum signific. in 6. & ibi Ioan. Andr. Domin. num. 8. & Franchus 14. Probus ad Monachum in cap. vnico de Schismaticis in 6. num. 8. & 9. Simoneta q. 35. num. 2. Sarnen. in regul. de impetrantibus beneficia per obitum familiarium Cardin. q. 13. & Mandos. ibi q. 10. num. 3. Flamin. Parif. lib. 5. q. vlt. nu. 196. & Azor. lib. 5. cap. 23. q. 8. facit decis. Cassador. vnica de verborum significat.

2 Et sic, qui in domibus Cardinalium haberent expensas victus, seu partem non vt familiares, & seruitores, sed vt amici, aut consanguinei, vel ex elemosyna, vel alia causa non sunt familiares nec eorum beneficia sunt reservata Bonifacius in Clem. fin. de celeb. Missar. n. 34. Simoneta nu. 6. & Sarnen. vbi supra, q. 35. n. 3. & 4. Malcard. concl. 755. num. 3.

Etiam in terminis D. Fernan. Messia de Mendoca Nepotis ex ore Card. Ioannis de Mendoca fuit resolutum in vna Salamantina, & Abulen. beneficio rum 9. Iunij 1599. coram D. Penia, vt in sequent. decis.

Rota censuit D. Ferdinandum Messia de Mendoca non fuisse familiarem bonæ memoriæ Cardinalis de Mendoca ad effectum, vt beneficia per eius obitum vacantia remanserint reservata, nam cum ad istum effectum requiratur mens, & dens. Sarnen. in regul. de impetrant. beneficia per obitum familiarium Cardinal. quæst. 13. & ex qualitate personæ receptæ, & intentione seruendi colligitur qui sit, vel non sit familiaris in casu proposito, hæc omnia excludunt familiaritatem: primum qualitas personæ Ferdinand. di, qui cum esset Nepos Cardinalis ex ore ex nobilissima progenie licet cum Cardinale conueniret, non tamen morabatur in eius palatio tanquam familiaris, sed tanquam Nepos, & sanguine Cardinali coniunctus, neque Ferdinandus pretendebat dicto Cardinali inferuire tanquam familiaris Sarnen. in dicta quæst. 13. Franchus in cap. finali de verborum significat. num. 14. lib. 6. receptio etiam excluderat familiaritatem, quia Ferdinandus non fuerat receptus in palatio Cardinalis, vt seruiret, & propterea deputatus illi fuerat magister, qui in literis humanioribus eum instrueret, sicut quotidie actu incumbebat, vnde cum intentio Cardinalis recipientis non fuisset vt Ferdinandus deputaretur ad aliquod honestum seruitium Cardinali impendendum cessabat familiaritas, cum ille dicatur familiaris in hac materia, qui deputatur ad aliquod honestum seruitium impendendum Franchus in dicto capitul. finali numero 14. de verbor. signific. in 6. Mandos. in regul. de impetrant. beneficia per obitum familiarium. Card. quæst. 10. num. 5. denique intentio recipientis, & recepti familiaritatem penitus excludebant, nam respectu Card. notum erat eum non recepisse Ferdinandum, vt sibi inferuiret, sed vt literis operam daret, & studia virtutum complecteretur, & hanc Cardinalis intentionem probabant tractatus, & reputatio, quia neque Cardinalis tractabat Ferdinandum tanquam familiarem, neque Ferdinandus communiter reputabatur tanquam familiaris, vt testes asseriebant, quod sufficit ad excludendam familiaritatem. Simoneta tract. de refer. q. 24. Bellamer. decis. 612. respectu Ferdinand. recepti manifestius erat, eum non accessisse ad

Palatium Cardinalis, nec obstat, quod viueret illius expensis, & quædam eius. Card. imperata exequeretur, & coram eodem Cardinali staret nudo capite, & similia, quia respondebatur primo quod cessante animo vtriusque recipientis videlicet, & recepti ista omnia non operantur familiaritatem. Sarnen. in dicta quæst. 13. secundo respondebatur Ferdinandum ista omnia præstitisse non tanquam familiarem, sed tanquam Nepotem, atque ex his respondebatur ad dicta tertium pro contraria parte examinatorum, quamquam non admodum vrgerent.

RESOLVT. CLXXXIX.

1 An dicatur familiaris Vicarius Episcopi Cardinalis ad effectum, vt eius beneficia sint reservata.

2 Officiales non recipiunt expensas tanquam familiares.

3 Iudices Ordinarii, seu delegati Episcoporum veniunt appellatione famulorum.

4 Vicarius Episcopi Cardinalis, si sit ex familiaribus, seu de continuis commensalibus adhuc dicitur familiaris postquam est effectus Vicarius.

An Vicarius dicatur familiaris Episcopi Cardinalis.

Potest poni exemplum in Cardinalibus Episcopis si eorum Vicarij dicantur familiares ad effectum, vt eorum beneficia dicantur reservata iuxta reg. 3. Cancellar.

Et pro resolutione resoluo dicendum negatiue ex dispositione text. in c. si de verbor. significat. de cuius intellectu latè Cassad. in decis. vnica eodem tit. nam isti re vera non sunt, nec dicuntur familiares, id est seruitores, seu famuli, sed officiales, & tanquam tales, & nō tanquam familiares recipiunt expensas, seu stipendium, ad quod facit, quod ait Sarnen. in regul. de impetrant. benefic. per obit. famul. Cardinal. quæst. 13. ante fin. non esse familiarem continuum commensalem, eum, qui accedebat ad Cardinalem causa docendi eum in literis Græcis, Hæbraicis, & Latinis, ob quam causam Cardinalis portionem panis, & vini non tanquam familiari, sed magistro ministrari inebat.

Quamuis Segur. de Aualos in directorio iudic. Ecclesiastici fori part. 1. cap. 14. num. 34. dicat iudices ordinarios, vel delegatos Episcoporum venire appellatione famulorum, & ex communi vsu loquendi famulos nuncupari.

Et ita in proposito tenuit Rota Roman. vt per Simonet. de reservat. benefic. quæst. 35. n. 21. Mandos. in regul. Cancell. de impetrant. benefic. per obit. famul. Cardin. quæst. 19. qui eam sequuntur, & dicunt cum Rota hoc esse intelligendum, nisi ille qui fuit constitutus Vicarius esset ex familiaribus continuis commensalibus Cardinalis, nam tunc talis etiam Vicarius effectus manet cum adhuc sit in seruitio Cardinalis, & eius expensis viuat, vt refert etiam Gonzalez in regul. Cancell. glos. 51. num. 66. quamuis si esset constitutus Vicarius sine salario, aut expensis non maneret continuus commensalis, & sic beneficia, quæ tunc obtineret non caderet sub hac reservatione.

RESOLVT. CXC.

1 Adducitur decisio Rotæ Romanæ questionem consentanea in proprijs verbis.

Cubicularij honoris Pontificis, an dicantur familiares ad effectum, vt sub regula reservatoria comprehendantur eorum beneficia.

Respondeo cum decis. Rotæ in vna Seguntina Archidiaconatus, & Canonicatus Iun. 19. Martij 1601.

1601. coram Lancelloto, quæ sub his complectitur verbis.

Vacantibus Archidiaconatu, & Canonicatu in Ecclesia Seguntina per obitum q. D. Petri de Silua, de Mense Augusti 1599. defuncti D. Episcopus Seguntinus gratia alternatiua gaudens alterum ex ijs contulerat D. Ioanni Chachoni, alterum D. Didaco Scalante, eos autem vti referuatos a sede Apostolica impetrauerat D. Io. Bapt. Rincon. & referuatio deducebatur ex eo, quod prædictus Petrus fuerat cubicularius honoris sel. rector. Sixti V. recipiendo partem panis, quamvis enim adesset vnus testis deponens, quod habebat partem vini, tamen omisso, quod est vnicus non concludit, nam reddens rationem suæ dispositionis dicit, quod aliquando cum D. Petro comedit, & pro vno quoque panis Papalini apponebatur, quæ ratio nihil facit ad partem vini, & cum ratio non concludat dictum infringitur Aym. conf. 2. numero 4. vltra quod potest esse, quod quandoque aliqua occasione vinum de palatio habuerit, non tamen quod illud quotidie reciperet, quemadmodum panem, & cessat omnis difficultas ex fide computilæ Cameræ, siue Palatii Apostolici attestantis præd. D. Petrum in Rotulis familiarium Sixti Quinti reperiri descriptum sub rubrica cubiculariorum honoris, qui partem panis tantum recipiebant orta desuper litera inter prouisum Apostolicum, & prouisum ab ordinario, eaque coram me introducta dubitari contingit, an constaret de referuatione horum beneficiorum, & Domini resolverunt non adesse aliquam referuationem, cum enim referuatio sit odiosa, glos. in capit. præfenti, in cap. finitur de officio deleg. Bisignet. decif. 1. in fine de præbendis Cassad. decif. 3. de referu. eaque non inducatur nisi in casibus expressis Cassad. decif. 2. n. 9. de referu. Simon. de referuat. quæst. 5. cum alijs ibi relatis non potest dici huiusmodi beneficia esse referuata cum ibi nullibi eantur reperiatur, non in regula tertia referuatoria, non in constitutione Pauli III. neque in Bulla Iulij III. non denique in alia regula 6. si enim inspicimus regulam tertiam referuatoriam cum illa loquatur de familiaribus continuis commensalibus, non intrat, nisi concurrat vtraque qualitas familiaritatis scilicet, & commensalitat. Simonet. de referuat. quæst. 35. in princip. Gamb. de officio, & potest. leg. lib. 3. titulo de officio, quæ qualitates deficiunt in huiusmodi cubicularijs, ex quo continua commensalitas corpore, & dentibus contrahitur: capitulo final. cum ibi notat. de verborum signific. libro sexto, ex quo namque solo, quod quid recipiat panem in Palatio, non est continuus commensalis, quia iste panis datur potius honoris gratia, quam ratione commensalitat. cum in solo pane non viuat homo. Alph. de Sott. gl. antiq. sup. d. reg. 3. in fine Sarn. de impetr. benef. per obit. familiar. Cardinal. quæst. 13. nu. 11. idem Sarnen. decif. 3. Simonet. decif. 24.

Neque hic applicari possunt deducta ex decif. Peregrin. quod familiaris ex priuilegio comprehendatur sub regula referuatoria, in quibus terminis procedit etiam decifio, in causa Beneuentana beneficiorum coram Reuerend. Patre D. meo Decano, quia non apparet de aliqua declaratione Papæ, vel priuilegio, quod huiusmodi cubicularij per fictionem sint veri familiares, & continui commensales.

Si verò attendamus constitutionem Pauli III. siue regulam Cancellariæ, de qua Bullarium num. 78. & 79. illa procedit in cubicularijs officialibus, vt patet ex illius inspectione, cum loquatur de scriptoribus, militibus, cubicularijs & alijs officialibus, & semper hæc qualitas officialis sit reperita, ac idem non est extendendum ad cubicularios honoris, qui non sunt officiales, cum enim sit exorbitans, ex quo fecit continuos

commensales, qui re vera non sunt, strictè debet intelligi de officialibus Put. decif. 313. lib. 1. & hoc modo hanc regulam intellexerunt Sarn. in progm. quæst. 6. num. 9. & de impetrat. benef. vacant. per obit. familiar. quæst. 13. num. 16. Mandos. super reg. 6. quæst. 1. num. 8. & fuisse ita decisum in Rotâ coram Marefeorto in causa Lucensi Archidiaconatus 23. Maij 1540. refert Put. decif. 33. alias 38. de præbend. & in alia Adriensi refert ibidem Put. super allegat. decif. 313. lib. 1. in impres.

Bulla verò Iulij 3. in Bullario 44. declarans Ecclesiarum prælatos, qui solum ratione suæ personæ panem ex palatio habent esse veros, & indubitatos continuos commensales, etiam ad effectum regulæ referuatoriæ, cum emanauerit ad declarationem regularum Pauli III. quæ comprehendebat tantum illos Prælatos, qui percipiebant panem ratione officij eam extendendo ad eos Prælatos, qui solo intuitu personarum abique aliqua consideratione officij, panem habent, debet intelligi, & regulari secundum dictas constitutiones, quas declarat I. hæredes palam §. si quid ff. de testibus, vt scilicet comprehendat Prælatos, qui ratione personæ panem accipiunt, quales sunt Archidiaconi, qui non habent panem ratione personæ, quod suadet, quia illos Papa creat suos domesticos, & continuos commensales, vel comprehendat Prælatos maiores, non autem Archidiaconos, aut Rectores Ecclesiarum, qui non sunt propriè prælati Clem. dudum cum ibi not. de sepult. Abb. in c. 2. nu. 16. de iud. & in cap. tua nos n. 2. de Cler. agr. maxime in hac materia referuationis, in qua vt dictum est faciendâ est stricta, & propria interpretatio Bero. dicta quæst. 35. Gem. conf. 136. n. 2.

Idem etiam dicendum est attenta regula 6. per quam referuantur omnia beneficia cubiculariorum & curorum, quia illa iuxta opinionem, quam alias Rotâ sequuta est, non potest huiusmodi cubicularios comprehendere, cum enim per constitutionem Leonis super erectione Collegij cubiculariorum Anno 1515. de qua in bullario num. 14. in §. & ne Apostolicorum sit expressè prohibitum, ne vltra numerum Cubiculariorum præscriptum in erectione illius Collegij, & Antiquos familiares, & continuos commensales pro tempore existentium Romanorum Pontificum aliquis alius nomen, aut titulum cubiculariorum usurpet. Regula non potest habere locum in istis cubicularijs, vnde tempore editionis regulæ non essent amplius cubicularij, & in his terminis habemus supra allegat. decif. Put. 33. de præbend. Antonius August. in epit. super hac regulâ Mohed. decif. 90. alias 2. de probation. licet non sit admodum clarè relata, lex namque quæ clarè semper loquitur comprehendit solum cubicularios de tempore Regulæ existentes, non autem eos, qui sunt prohibiti nominari cubicularij.

Et ideo quicquid dicendum esset contra Bullam Leonis, de quo tempore procedunt dict. per Alphons.

cum glos. antiq. super Reg. in fine eam scilicet intelligendam esse de cubicularijs extra muros post quam dict. Bulla superuenit, non possunt applicari stante huiusmodi prohibitione.

Neque obstat Mandos. super hac reg. quæst. 1. in fine, quia multum se inuoluit & in posteriori editione non animaduertit ad prohibitionem, de qua in Bulla Leonis, nec suadet contrarium ratio per eundem considerata, quod non possit intelligi de cubicularijs officialibus, cum similis regula extaret tempore Sixti II. & sic Anno 1411. & Innocent. VIII. Anno 1484. & Collegium Cubiculariorum officialium fuerit postea erectum a Leone X. Anno 1515. sicut quod neque possit habere locum in alijs cubicularijs, quia alias esset superflua cum isti sint comprehensi in regula tertia referuatoria beneficiorum familiarium, &

& continuorum commensalium, nam quantum ad primum, quamvis ab initio regula hæc intelligatur de illis cubicularijs, qui non erant officiales, tamen superueniente Bulla Leonis cum prohibitione quod nullus alius præter expressos in ea possit dici cubicularius, regula non potest loqui de ijs, qui non sunt amplius.

Quantum verò ad secundum non est inconueniens quod ratione maioris dignitatis, quam habent alij cubicularij secreti, vt per Staphil. in titul. de prærog. expect. §. videndum n. 42. sit etiam facta particularis reservatio beneficiorum vltra quod cum hæc regula declararet explicitè, ac distinctè quod implicitè erat dispositum, & expressum non potest dici superfluum. Gem. in c. 1. n. 22. de sum. Trin. Ruin. conf. 59. n. 17. verf. nec obstat vol. 2.

Non obstat quod beneficia vacantia per obitum Cappellani honoris videantur reservata Rota decif. 221. de præb. in Antiq. & decif. 12. eodem tit. in nou. & gl. Antiq. super hac reg. 6. tum quia nos non versamur in Capellano, tum quia ex dictis decisionibus non colligi potest vnde proueniat hæc reservatio, quæ potuit forsan occasione familiaritatis cum continua commensalitate ortum habuisse.

Nec potuit fieri fundamentum in literis felic. record. Gregorij. XIV. quia quidquid dicendum sit ad effectum expediendi gratis, cum agatur ad effectum reservationis quam esse plenè, & concludenter probandam fuit pluries decifum, non probant, tum quia narratiua emanauit ad instantiam partis, tum quia est de facto prædecessoris, tum denique quia non fuit facta motu proprio Vital. in Clem. 1. de prob. num. 28. Put. decif. 338. lib. 3. & ita conclusum.

RESOLVT. CXCI.

- 1 Familiaritas plenè, & concludenter debet probari quando agitur ad excludendum prouisum ab ordinario.
- 2 Ad probandam familiaritatem ad alium effectum sufficienti leuiore probatione.
- 3 Commensalitas non requiritur vt ita exactè probetur sicuti quando agitur ad inducendam reservationem.

An familiaritas plenè, & concludenter sit probanda quando agitur ad excludendum prouisum ab Ordinario.

IN facti contingentia dum hoc eueniret decidendum, dixi familiaritatem plenè, & concludenter esse probandam, quando agitur ad excludendum prouisum ab Ordinario vt habetur per Sarnen. in Regul. de benefic. Vacant. per obit. fam. Cardin. quæst. 13. n. 6. Simonet. de Reservat. quæst. 36. n. 5. Rota diuersi. dec. 832. in fin. par. 3. & fuit dictum in Parmen. Canonatus 26. Iunij 1585. coram Gypso, & in Salamantin. & Abbulen. benefic. 9. Iunii 1599. coram Pegna, & in Hispalen. Beneficii de Gribalcon. 7. Maii 1607. coram Gregorio XV. & in Hispalen. Archidiaconatus 20. Febru. 1606. coram Iusto, quidquid ad alium effectum sufficienti leuiore probatione vt distinxit Rota in Salamantina Cappellaniæ del Voto 20. Nouemb. 1592. coram Pamphilio.

Quare Familiaritas plenè, & concludenter probanda est, quando agitur ad excludendum prouisum ab ordinario, licet ad alium effectum sufficienti leuiore probatione, vt habetur etiam per Veral. in decif. 147. par. 1. per hæc verba.

Commensalitas ad hoc vt demonstretur quod legatus poterat illum creare prothonotarium, cum in eius facultatibus dicatur, vt erga familiares suos & continuos commensales reddas te liberalem, &c. non requiritur, quod ita exactè probet sicuti quando agitur ad effectum inducendi reservationem, prout lo-

quitur Sarnen. in Regul. de impetr. benefic. per obit. fam. Cardin. q. 13. num. 15. ita fuit decifum hic in Caula Auriensis parochialis de Canedo, coram D. Veltano 9. Martij, & 13. Iunii 1552. vt in eius lib. fol. 80. & fol. 250. & iuxta hanc sententiam refert etiam idem Veral. in decif. 380. p. 2.

RESOLVT. CXCI.

- 1 Dispositio regulæ reservatorie extenditur etiam ad familiares ipsorum familiarium, sed vide contrarium num. 2. quo modo tamen procedat patet n. 3.

An familiaris familiaris Cardinalium dicatur familiaris ad affectum supradictum.

PVLchrè dubitari potest an dispositio Regulæ reservatorie referuans beneficia familiarium Papæ, seu Cardinalium, locum sibi vendicat, ac extendatur ad familiares ipsorum familiarium, & respondeo pro affirmatiua, eo quod seruando familiari Papæ, vel Cardinalis dicuntur illis seruire, & facit leg. quæsitum §. sed an instrumenti ff. de fundo instructo, & quæ tradit Oldrad. conf. 11. ita Salicetus in leg. 2. C. de Episcopis, & Clericis ad fin. & Glossator super reg. Iulij 11. de prærog. expectant. 7. par. & Sarnen. qui multa adducit ad propositum quæst. 14. Aneas de Falcon. qu. 4. principali effectu 30. Simonetta quæst. 35. conclus. 201. num. 170. & pro hac parte fuit dictum in vna Regien. partialium Sancti Christiani, & Dariæ coram Reuerend. D. Romano de mente Ianuar. seu Februarij 1551. dato enim dubio, an beneficia familiaris comedentis in tinello Papæ familiaris, & continui Commensalis Papæ dicantur reservata sicut beneficia veri familiaris Domini de Rota conclusum pro affirmatiua in fauorem D. Antonij Brauolæ clientis.

Sed hæc communis sententia patitur difficultatem ex multis adductis per Sarnen. ibi in princip. & contrariam sententiam tenet Guid. Papa conf. 30.

Pro quorum opinione adducitur decif. 5. Crescent. de præbend. cuius tenor est.

Familiaris Auditoris Rotæ euntis cum Cardinali legato nõ dicitur familiaris Cardinalis, etiã mediãtè licet in tinello comedat cū alijs familiaribus Cardinalis, nam non solum commensalitate fit familiaris, sed animo quod ipse velit inferuire Cardinali familiari, & Cardinalis eū pro familiari habeat & teneat quod non est in casu nostro, quia nec Auditor est familiaris Cardinalis, vt eius familiaris possit dici mediatus familiaris Cardinalis, nec illi Cardinali, sed Auditori famulatur, & ita Domini tenuerunt vno excepto in vna N. coram Paulo, ad quod vide etiam Gomez. super Regul. de impetr. benefic. per obit. fam. Cardin. quæst. 14. Sim. de refer. quæst. 35. n. 11.

Verum aduertendum est pro veritate & quæstionis intelligentia cum Garfia par. 5. cap. 1. n. 330. quod si Papa, vel Cardinalis daret suo familiari portionem, seu expensas pro se, & duobus familiaribus, & ille haberet plures, vt tres, vel quatuor, & non nominaret illos duos, qui viuunt expensis Papæ, vel Cardinalis, nullius beneficia sunt reservata ratione incertitudinis argum. l. duo sunt Titij ff. de testamentaria tutela & l. si fuerit ff. de rebus dubijs, & gloss. in c. nolite recedere 11. qu. 3. verbum triticum sequitur Sarnen. d. qu. 14. verf. 2. limitatur.

RESOLVT. CXCI.

- 1 Familiaritas non desinit ex discessu à Curia, & maxime cum consensu, vt patet num. 3.
- 2 Familiaritas est species societatis.

4 Fa-

- 4 Familiaritas non seruans longo tempore absens desinit esse familiaris.
5 Refertur decisio Rota Rom.

Familiaritas an amittatur ex discessu à Curia.

- R Espondetur ex decis. Achill. de Grass. 13. de præbendis ubi familiaritatem non desisse tenuerunt Domini ex eo, quia solum probaretur quem abisse à Cinitate Romana in vna Fulginaten. prioratus coram D. Vestano de anno 1549. tum quia ex solo discessu non probatur, quod quandoque non reuersus fuerit, secundo quia cum familiaritas sit species societatis ea non nisi in contrario dissensu debet dissolui, vt per Sarnen. in regul. de impetrant. benef. per obitum familiar. Card. qu. 13. num. 3. & 9. & post Ancharan. conf. 398.
3 Tum etiam quia apparebat de consensu Cardinalis, quo Casu dicebant Domini cessare doctrinam. Franchi in cap. sicut de verb. signif. in 6. quia intelligebatur, vel quoniam non apparebat de consensu, vel quia ibi erat quedam species familiaritatis quæ requirebat certum seruitium, quo Casu quando quis stat tanto tempore absens, & non seruit dicitur desinere esse in familiaritate, secus autem in familiaribus sine aliquo seruitio.
4 Vnde quoad interruptionem commessionis si desinat familiaritas tenuit Rota per hæc verba teste Crescent. in decis. 16. de rescript.

- 5 Familiaris, qui capit esse tempore sacchi licet in tinello nunquam comederit, dicitur tamen esse communis si probetur eum potuisse ad sui beneplacitum in tinello comedere, si tinellum fieri contigisset, prout tunc propter impedimentum Sacchi non fiebat. Vnde nec gratia dicitur Surreptitia, si quis illius, cuius erat familiaris communis se esse asseruit. Nec obstat reg. de fil. famil. secundum Dominos in vna Compostellana coram Petro, quia licet dicantur commensales à concedendo, & vt comedat est, tamen potius in hoc modus, quam conditio quo casu defectus per casum habetur pro impleto. ad leg. si fundum per fideicommissum §. Iulianus. Titio de legat. primo, & Bart. in leg. in testamento de condit. & demonstr. quia continuus dicitur communis, quando est aptus comedere continuo, licet continuè non comedat per Glos. & ibi, allegata à Gemin. in cap. fin. versic. continuè de verb. significat.

RESOLVT. CXCIV.

- 1 Adducitur decis. Rot. Rom. in proprijs terminis pro resolutione questionis.

In Collatione Beneficiorum familiaris duorum Cardinalium quorum consensus exigatur.

- R Espondi cum decis. Rota in vna Sarzanen. Beneficij 29. Aprilis 1594. coram Illustrissimo Seraphino, cuius tenor est videlicet.
Domini steterunt in decis. coram R. P. D. meo Orano, nempe in collatione beneficij, de quo agitur requiri consensum Illustriss. & Reuerendiss. Domini Cardinalis Decani, cuius defunctus erat familiaris tempore obitus, ex quo concurrunt requisita in priori parte regulæ de impetr. per obit. familiar. & in hac quæst. quando beneficia habita fuerunt ab eo per obitum, cuius vacant tempore familiaritatis alterius Cardinalis prædefuncti, an requiratur consensus eius, in cuius familiaritate decessit affirmatiuam. partem tenuit Glos. super dict. regulæ versic. tum ex ista, cuius auctoritatem semper Rota plurimi facit, & quamuis Sarnen. quæstion. 18. multum se innoluat,

& Rota aliquando dubitaret tamen re diligenter perpenſa, & diligenter discussa amplexa est hanc sententiam, vt refert Put. decis. 227. incip. Bernardinus lib. 3. Faber. dec. 11. lib. 2. Achill. decis. 1. super hac regula, qui mouentur ex eo, quod regula in prima parte simpliciter, & indistinctè loquitur de omnibus Cardinalibus, in quorum familiaritate quis decessit, & concurrit ratio regulæ decis. 15. de præbend. in Antiquis Cassad. 27. super regula.

Non obstat posterior pars regulæ, quæ requirit consensum primi Cardinalis, non autem secundi, quia id procedit ubi uterque Cardinalis vinit ad tollendum dubium, quod inter eos poterat oriri, secus ubi prior est mortuus, quia hoc casu non procedit posterior pars regulæ, sed ad priorem recurrendum est.

Non obstat, quod priori Cardinali mortuo inter statim referuatio regulæ 3. ad fauorem Papæ antequam is transferat ad familiaritatem secundi, quia ista referuatio intelligitur ad effectum, vt Ordinarij provideat, & expectantes capere non possent, non autem ad effectum liberæ Collationis quamdiu adest interesse alicuius Cardinalis, quia in hoc declaratur regula 30. vt requiratur consensus Cardinalis, & ita nemine discrepante fuit conclusum.

RESOLVT. CXCV.

- 1 Familiaritas probatur per asserctionem Summi Pontificis etiam in præiudicium tertij.
2 Summus Pontifex asserendo creat.
3 Assercio Summi Pontificis testantis de facto suo facit plenissimam probationem, vide etiam num. 4. 6. & 7.
5 Ad contrahendam familiaritatem requiritur consensus mutus.

An familiaritas probetur per Asserctionem Summi Pontificis.

- 1 SI Pontifex Maximus assereret aliquem esse familiarem suum, & continuum communem illi certè crederetur, etiam in præiudicium tertij per clem. 1. de prob. & ita nuncupatum concludit Rota in vna Scenescen. prioratus coram Commes de Menſe Februarij 1538. dum ibi Bonæ Memoræ Leon. X. quendam prothonotarium creauerat, & familiarem suum continuum communem fuisse asserit Domini voluerunt illud sufficere ad excludendam prouisionem legati Auenion. qui licet poterat de Referuatis, non tamen de beneficijs familiarium Papæ provideat, vt refert Gomeſ. in Regul. de Impetrand. benefic. Vacant. per obit. famil. Cardin. quæst. 13. num. 6. & 2 ratio est quia Summus Pontifex asserendo creat teste Cagnolo in l. si quis maior num. 170. C. de in integr. Restitut.

- 3 Et pro hac opinione facit, nam assercio Summi Pontificis attestantis de facto suo proprio probat adeo vt plenam faciat fidem, & probationem plenissimam, vsque eo vt nec probatio in contrarium admittatur clem. 1. de probat. & ibi Glos. in verbo fecisse narramus Ancharan. col. 1. Imol. col. 4. & reliqui scribentes Felyn. in cap. cum a nobis col. 1. de testam. Marſil. in leg. 1. §. si quis dicitur col. penul. ff. de quæst. Angel. consil. 274. num. 2. quod adeo verum est, vt
4 procedat non solum quando asserit quidpiam super eo quod gessit tempore sui Pontificatus, sed etiam si deponat super eo quod vidit ante sui Pontificatus ademptionem veluti dum erat Cardinalis, Glos. in cap. 1. in verbo statuit de Renunciat. in 6. & in cap. ad Apostolicæ in verbo promississent de re iudic. in 6. Aretin. in cap. cum a nobis col. 6. de testam. Roman. sing. 172. Ruin. conf. 38. col. 4. vol. 1. Alexand. conf. 65. col. 3.

col. 3. vol. 2. Rota in antiquis dec. 197. & procedit in quacunq; Papæ dispositione, siue sit penalis, siue sit conditionalis, siue sit modalis, dummodo Papa attestetur de facto suo d. clem. 1. & ibi tenet Paul. de Eleazar. & Imol. col. 2. ita quod dicunt DD. magis credi Papæ, quam Notario ut per Iferniam in cap. 1. col. penult. vers. sed nunquid stabitur in tit. qui successit. ten. imò magis adhibetur fides assertioni Pontificis, quam multis Notarijs, ut dicit Ruin. conf. 103. col. 6. vol. 5. & multa circa hæc habes per Lapum in alleg. 67. vbi latè examinat quando narrata per Summum Pontificem faciant fidem.

Sciendum tamen in contrarium respondisse Ancharan. conf. 398. vbi inquit, quod cum ad contrahendam familiaritatem requiratur consensus mutuus, scilicet Domini, & ipsius familiaris ex solo consensu Pontificis Maximi non potest dici contracta familiaritas, nisi consentiente asserto familiari per not. in cap. 1. de concess. præbend. in 6. & ibidem Innocent. sequitur Paris. consil. 50. col. 3. vol. 4. quos etiam sequitur Rebuff. sua prax. benefic. in Regul. de non tollendo Ius quæsit. glof. 5. versic. vnde si Papa declarauit.

Possent tamen hæc opiniones concordari cum distinctione, nam aut Pontifex Maximus voluntatem, & propositum habet faciendi veros familiares, & eorum seruitio uti, & tunc non sufficiunt literæ familiaritatis, nec gaudent priuilegijs familiarium leg. sub prætextu C. de Sacrosanct. Eccles. leg. Scriptorios C. de testam. milit. & tradidit Felyn. in cap. 1. col. 2. de officio Delegat. quia propter officium datur beneficii cap. final. de rescript. in 6. & tunc procedit opinio Ancharan. in conf. 396. & vult Castrenf. conf. 340. lib. 1. Card. Florent. in conf. 126.

Aut Summus Pontifex concessit literas ad petitionem alicuius sicut multi illas affectant, ut prærogatiuis gaudeant, & tunc quia secundum fictionem dicuntur familiares, & continui commensales, ut declarat Castrenf. in conf. 340. & isti gaudent priuilegijs veris familiaribus, & continui commensalibus concessis ut per Abb. in cap. ex parte in fin. de Cleric. non resident. Bal. in l. siue possidetis col. 1. quæst. 2. C. de probat. sufficit probare huiusmodi familiaritatem per dictas literas Papæ.

RESOLVT. CXCVI.

1. Familiaritas non probatur per assertionem Cardinalis.
2. Cardinali non creditur in his, quæ tertio præiudicium afferunt, secus est si non afferunt præiudicium, vide num. 3.
4. Cardinali asserenti aliquid in præsentia Papæ credendum est, etiam si agatur de præiudicio tertij.

Familiaritas an probetur per assertionem Cardinalis.

Interrogatus si Cardinalis dicto asserentis aliquem esse suum familiarem probaretur familiaritas. Respondi quod Sarnen. in Regul. de impetr. per obit. Card. qu. 13. negatiuam tenet sententiam asserendo, ut nulla fides adhibeatur dicto Cardinali asserentis aliquem esse suum familiarem ea de causa, ut de ipsius beneficijs possit disponere, sequitur etiam Mascard. de probat. conclus. 268. num. 23. & ratio est, nam non creditur Cardinali in his, quæ tertij præiudicium concernunt, ut per Cappell. Tholof. in decif. 464. & ibi Addit. & tradunt Paris. consil. 136. colum. 2. num. 31. vol. 4. Crauetta conf. 104. col. 1. num. 5. Abb. in cap. sicut de sententia excommunicat. Iaf. in l. cum filius familias §. Stichum ff. de verb. obligat. Abb. consil. 94. Alexand. conf. 112. lib. 7. num. 2. vbi communiter ab omnibus esse probatum tradit, & consulens

do tradit Cur. Iun. conf. 61. col. 5. Corn. conf. 155. vol. 1. Bar. in l. Diuus ff. de Custodia Reorum. Dec. consil. 463. & hic euenit ut non credatur summo Penitentiario asserenti se habuisse commissionem viar. vocis oraculo a Summo Pontifice, ita decifum fuit in Cappell. Tholof. d. quæst. 464. cuius sententiæ subscripsit Gozadin. conf. 4. col. penult. num. 5. secus verò in his, quæ principaliter non inferunt præiudicium, ut notat Ang. in conf. 182. & in l. quacunq; §. fin. ff. de public. Dec. in leg. 2. col. penult. C. de mand. Princip. licet diuersam sententiam videantur tenuisse DD. de Rota, in vna Romana inter Canonicos, & beneficiatos Sancti Petri coram Contareno anno 1540. mensis Octobris, ut annotauit Put. decif. 3. lib. 1. circa 1. de probat. quo in loco scriptum reliquit quod Cardinali asserenti aliquid in præsentia Papæ credendum sit, etiam vbi ageretur de præiudicio tertij citat. Innocent. & Felyn. in cap. super his de fid. instrument. & alios quos videre poteris.

RESOLVT. CXCVII.

1. Refertur decisio Crescentij in proprijs verbis pro resolvenda questione.

Familiaritatis continuatio an, & quando præsumatur.

Respondi cum decif. Crescentij 18. de probat. vbi familiaritas ad effectum inducendi reservationem licet deberet plenè probari, & non per præsumptiones, quando allegatur a non possessore primo tanquam obiectum ad not. per Innocent. in cap. super his de accus. & per Aegid. decif. 612. & per consequens verificando quis defunctum ante obtentum beneficium fuisse familiarem licet deberet præsumi continuatio, ita ut tempore obtenti beneficii familiaris præsumeretur ad not. in leg. siue possidetis C. de probat. & per Doct. in cap. fin. de verb. sign. arg. not. per Bart. in leg. ex eo de milit. testam. in fin. leg. 2. C. de Primicer. lib. 12. dum absentiam quinquennalem requirere videntur, ut quis dicatur definere esse familiaris. Tamen quia negari non potest esse præsumptiuam probationem, videbatur ex supradictis non esse sufficientem, maximè, quia quando non probatur vltimum extremum non est forsan verum continuationem præsumi ad not. in d. l. siue possidetis. Quibus tamen non obstantibus maior pars dominorum, propter plures præsumptiones continuationis fuit pro familiaritate in vna Salamantina della Scierpe coram me decifum.

Primo quia in prouisione defuncti super beneficio, de quo agebatur dicebatur familiaris, & erat antiqua de anno quinto Alexandri, vnde ex tali narratiua in antiquis probatio, vel præsumptio oritur adnot. Imol. in clem. 1. de probat.

Secundo quia cum non ostenderetur, quòd alio titulo defunctus obtinuerit beneficium, & possederit, nisi ex supradicto, ex quo sumebatur ad not. in l. quidam de rei vendic. præsumeretur bono titulo sub prætextu falsæ familiaritatis impetrata.

Tertio quia inter tempus probatæ familiaritatis, & gratiæ concurrebat tantum annus, & verificabatur illud fuisse in curia, & ex tam breui tempore mutatio status non præsumitur adnotata per Bald. in prima. const. C. in fin.

Quarto quia in illa causa inter alios testes super familiaritate eiusdem etiam de tempore gratiæ examinati bene probant, ut saltem inter istos præsumptionem inducant ad not. per Bald. in l. admonendi de iure iur. Abb. in c. fin. eod. tit. maximè super statu personæ, in quo etiam sententia inter alios lata præiudicat

et aliis ad not. in l. ingenuum de statu hom. per Bart. Salyc. & alios in l. 2. c. quibus res iud. & pro decif. ista facit decif. 11. de probat. in antiq. maxime quia non erat in casu nostro proprie obiectus, ex quo stante familiaritate intrabat gratia illius ad decif. 18. de except. in antiq. cum seq. & Felin. in c. cum olim col. pen. de rescript.

NOTABILIA, ET COMMVNIA IN MATERIA FAMILIARITATIS.

Notandum est secundum D. Ioan. Mariam Nouarium in sua eloquenti praxi electionis, & variationis fori section. 2. quæst. 36. num. 7. quod per Constitutionem 78. & 79. Pauli III. nec non per constitutionem 44. Iulii III. veri familiares, & continui Papæ commensales dicuntur omnes Referendarii, & alii Officiales, & ex palatio Apostolico panem habentes Prothonotarii, Subdiaconi, Auditores Rotæ Acoliti, Scutiferi, Secretarii literarum Apostolicarum, Scriptores, Cubicularii, ac Milites Sancti Petri, relique officiales Romano Pontifici pro tempore existenti in palatio deseruiantes, aut custodiam facientes, licet in eodem non habitauerint, nec habitent, nec forsan habitabunt, nec in Tinello comedant, nec comedant, nec in futurum forsan comedant, verique familiares, & continui commensales censentur.

Itaque secundum eundem Nouarium ubi supra regulis tam editis, quam edendis de veris familiaribus & continuis commensalibus Papæ quoad omnia subiiciantur, etiam quoad hoc ut soli Romani Pontifices occurrentibus vacationibus, beneficiorum Ecclesiasticorum per eos obtentorum, vel obtinendorum qualitercumque qualificatorum providere, & de illis disponere debent in omnibus, & per omnia, ac si Referendarii, & officiales prædicti in palatio Apostolico habitassent, & in tinello verè, & realiter comedissent.

Similiter teste eodem solertissimo D. Nouario ad reservationis effectum ac ad alios effectus dicuntur veri familiares & continui Commensales Papæ officiales, seu scriptores Archiuii Romanæ curiæ, ut patet ex Bulla Iulii II. super erectione collegii dictorum officialium emanata sub 7. Kalendas Decembris Anni 1550. quæ Bulla est inserta confirmata, declarata in Constitutione Leonis X. quæ est in Bullario 6. in ordine inter constitutiones eiusdem Papæ incipien. lex Ministerii pastoralis, nec non per constitutionem 18. Pauli III. incipientem Romani Pontificis. Per Pium V. in sua constitutione 89. incipienti pridem, per quas constitutiones apparet esse concessa dicto collegio, & officialibus non modica priuilegia, gratias, ac prærogatiuas, & de nonnullis illarum vide Acchil. de Graffis decif. 4. de constitution. Caputaq. decif. 215. par. 3. Mohedanum decif. 2. & 5. de testamen. Pute. decif. 304. lib. 1. & decif. 414. lib. 2.

Item dicuntur tales veri familiares, & continui commensales sancti Petri per constitutionem 23. Pauli III. a Iulio III. confirmatam per suam constitutionem 4. ut ait idem Nouarius ubi supra in d. q. 36. ubi dicit, quod de Militib. Sancti Petri ultra supradictas est constitutio 16. Clement. VII. & constitutio 3. Pauli III. & constitutio 46. Pij IV.

Item de Cubiculariis, & Scutiferis est Constitutio 14. Leonis X. & est Constitutio Pauli III. de quibus meminit idem Nouar. in sua praxi electionis, & variationis fori d. q. 36. vers. Item de Cubiculariis.

Item Milites Lauretani ut legitur in Constitutione Sixti V. 16. de qua meminit idem Nouar. ubi supra.

Item Commissarium Camerae ut per constitutionem 44. Sixti V. quam allegat idem Nouar. in loco proxime allegato.

Item Thesaurarius Datarie, ut in constitutione 49. Sixti V. de qua meminit idem Nouar. ubi supra, qui idem conclusiue dicit de omnibus officialibus Cancellariæ Apostolicæ, ut ibi videre poteris in facti contingentia, quia benè habes, multa in materia per ipsum congesta.

PRAXIS FIDEI PROFESSIONIS.

RESOLVT. CXCVIII.

- 1 Prouisus de beneficio, curam animarum habente, in manibus Episcopis, vel eius generali Vicario, vel si de Canonicatu, vel alia Cathedrali Ecclesia dignitate, etiam in capitulo fidem profiteri tenetur.
- 2 Referitur constit. Greg. 14. & Pij IV. de forma inquisitionis supra promouendis ad Ecclesiæ regimina, Doctoratum, & similia, & que ab usu recesserunt.
- 3 Prælatus, etiam Regulares fidei professionis iuramentum præstent.

A quibus sit emittenda fidei professio.

- 1 Prouisus de quibuscumque beneficiis curam animarum habentibus in manibus Episcopis, vel eo impedito coram generali eius vicario, seu officiali, & prouisus de Canonicatibus, & Dignitatibus ex Ecclesijs Cathedralibus non solum coram Episcopo, seu eius officiali, sed etiam in capitulo professionem fidei facere tenentur intra duos menses ad minus a die adeptæ possessionis, alioquin fructus non faciunt suos, nec illis possessio suffragatur ex decreto S. Concilij Trident. sess. 24. de refor. c. 12. vers. prouisus etiam, tradunt Fuscus de visit. lib. primo cap. 5. num. 15. & lib. 2. cap. 3. numero 4. Paris. de resig. benef. lib. 8. quæst. 9. a num. 121. & lib. 10. q. 9. Rodriquez in summa prim. tom. cap. 19. n. 7. & nouissime P. Ledesma in sum. 2. par. tract. 1. cap. 4. 10. conclus. Quæ etiam fidei professio facienda est a promouendis ad Episcopatus & dignitates concistoriales iuxta d. Concil. Trident. sess. 24. de refor. c. 12. & constit. Greg. 14. de forma faciendi processus & inquisitiones super promouendis ad regimina Ecclesiarum, & a promouendis ad Doctoratum vel aliud gradum, & a professoribus, seu lectoribus alicuius scientiæ, vel artis liberalis iuxta constitut. 112. Pij IV. de doctorum promotione, & forma professionis fidei. Quæ tamen constitutio non videtur recepta in his Regnis quoad professores, seu lectores, nec quoad gradum Baccalaureatus, nec etiam benè quoad gradum licentiæ, nec quoad processum, seu informationem, de qua ibi illo modo. Et prædicta professio fidei fieri debet iuxta formam traditam a Pio IV. in d. constit. & in constit. 114. super forma iuramenti professionis fidei, ubi id extendit ad quoscunque prælatos regulares, & tradit Nauar. conf. 10. de iure iur. Paris d. quæst. 9. nu. 3. & Rodriquez supra, & quæst. regularium 2. to. q. 72. art. 1. Quod videtur debere intelligi de prælatis perpetuis, loquitur enim de his, quibus de Monasteriis prouidetur, quamuis de omnibus etiam temporalibus id intelligat Ledes. supra 1. conclus. qui tamen ait in aliquibus religionibus id non seruari, sed esse consuetudinem in contrarium, quam ipse improbat.

RESOLVT. CXCVI.

- 1 Admissus, & ordinatus sacris ordinibus præsumitur idoneus ad beneficia simplicia, etiam sine nouo examine.
- 2 Concil. Tri. Sess. 14. c. 3. intelligitur etiam non posse examinare promotos a prædecessore, nisi aliquid de nouo superueniret.